

quinque verba in marg. per script. B. — g) Suprascr. — h) Praeced. duo verba suprascr. — i) Praeced. noluit del. — k) Praeced. Ibidem man[davit] del. — l) In marg. Obligacio. — m) In marg. Testes. — n) Praeced. iurati del.

Ecclesia in Kytyn, dicta die, in prandio.

f. 49 r

Dominus Paulus, plebanus ibidem in VIII^o anno, ut credit, interrogatus dicit, quod Paulus, laicus de Kytin, parrochianus, aliquot annis^{a)} non communicavit.

Item dicit, quod plebanus deponens silvam ecclesie sue vendidit ad succidendum per IIII^{or} sexagenas et dicit, quod ipse plures in reparacione dotis sue expendit, et dicit, quod unam sexagenam-expendere pro misali ecclesie disposuit^{b)} et inpendet.

Ornamenta ecclesie^{c)}: primo ornatus^{d)} tres, item unus calix argenteus cum modo deaurato parws, item VI palle, item unum missale antiquum cum nota et una agenda.

Jan^{e)} iudex et Adam consul, parrochiani dicte ville, interrogati dicunt^{f)}

Eccl. in Kytyn: a) Praeced. annos del. — b) Praeced. intendit del. — c) Praeced. duo verba in marg. scr. — d) Praeced. duo del. — e) In marg. Testes. — f) Spatium reservatum non suppl.

Ecclesia in Rzewnicz, dicta die, hora nona vel quasi.

Jesko, iudex hospitalariorum in ponte Pragensi in dicta villa, Henricus sartor, Wanko dictus Swati, consules, et Simon dictus Muzik, parrochiani dicte ecclesie ibidem de op[p]ido Rzewnicz, interrogati dicunt, quod dominus Symon, tercius precessor plebani moderni, nunc plebanus in Zahradka^{a)}, unam cortinam valoris XXX grossorum ab ecclesia ipsorum alienavit, et nesciunt, per quem modum; que cortina erat data per abbatissam sancti Spiritus Pragensis.

Eccl. in Rzewnicz: a) Spatio reservato postea adscr.